



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

74. An licentia excipiendi confessiones praesertim Regularibus concessa ad beneplacitum expires mortuo Episcopo? Et si co[n]stet Regularem, v. g. esse satis idoneum, & approbatum; aut possit Episcopus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

RESOL. LXXIV.

An licentia excipiendi confessiones praesertim Regularibus concessa, ad beneplacitum expiret, mortuo Episcopo?

Et si constet Regularum esse, v. g. satis idoneum, & approbatum, an possit Episcopus limitare licentiam pro excipiendis confessionibus ad annum, ad beneplacitum, ad personas, &c.

Et an approbatio semel data ab Episcopo possit reuocari ab eodem licet ex causa, & valide etiam absque causa, maxime si dederit illam ad libitum, seu beneplacitum?

Et quid si Episcopus illam dederit absque limitatione? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. Res. 48.

§. 1. Affirmatiue respondendum videtur; quia voluntas morte finitur, vt patet ex l. 4. ff. locati, l. censuris, §. ff. de verb. ob. & l. vxor. §. Scapula, ff. de legat. 3. & ex c. si gratiosè, de rescrip. in 6. vbi sic habetur. Si gratiosè tibi à Romano Pontifice concedatur, vt beneficia, quae tempore promotionis obtinebas, possis vtique ad suam voluntatis beneplacitum retinere, huiusmodi gratia per obitum, per quem ipsius beneplacitum omnino extinguitur, ex ipso expirat. Ita ibi, & Ancharanus. n. 6. Geminius n. 3. Franciscus n. 9. Gloss. in c. anobis, verb. non nisi, de sent. excomm. Gutierrez in pract. lib. 3. q. 1. n. 19. Velasco de Iur. empir. q. 3. n. 7. Gonzales ad Regul. 8. Cancellaria, §. 1. in primum, n. 9. Sacra Rota in vna Bononiensi Patrochialis die 18. Martij 1613. coram Vetrospio apud Fatiniacum decis. 489. n. 4. Couarruias lib. 3. var. c. 15. n. 2. Felinus in c. ex literis, n. 10. de conscri. & alij. Hinc suspensio Banni ad beneplacitum Principis, vel iudicis cessat per mortem illius, vt docet Angelus conscri. 217. n. 9. Decius conscri. 208. n. 2. Malcardus de probation. conclus. 188. n. 29. & 30. Gozzadinus conscri. 22. n. 10. Gratus conscri. 92. n. 1. Socinus Iunior. conscri. 163. n. 12. lib. 2. & alij penes ipsos; quibus adde Praepositum in p. 3. D. Th. q. 97. dub. 4. n. 42. Suarez de legibus, lib. 8. c. 32. n. 3. Pontius de matrimonio, lib. 8. c. 19. §. 1. n. 9. & 10. & Sanchez lib. 8. disp. 28. n. 52.

2. Nec valet dicere. Ergo si in dicta concessione non adderentur illa verba, Ad beneplacitum, etiam petiret gratia, & licentia; siquidem perit voluntas concedentis ex eius morte, ex qua voluntate gratia habet efficaciam: vnde ex his non apparet differentia inter licentiam absolutam & ad beneplacitum. Respondeo ex voluntate positua concedentis habere gratiam efficaciam vt sit; non tamen vt conseruetur; non enim indiget ad sui conseruationem positua voluntate concedentis; solum enim requirit, ne adsit contraria voluntas, sc. reuocatio. At quando conceditur ad beneplacitum; tunc indiget positua voluntate conseruante, quia sub illa conditione conceditur: quare si haec absolute cessat, cessat & gratia.

3. Verum licet supradicta in rigore iuris essent tenenda; tamen contrariam sententiam in casu proposito probabilem putat Castrius Palaeus 10. 1. tr. 3. disp. 4. p. 16. §. 5. n. 5. vbi sic ait. Addendum existimo non carere probabilitate ex d. verbis non limitari gratiam ad vitam concedentis, sed prorogari post illam, quovlque reuocetur: quia videntur in communi loquendi modo aequialere illa verba ad beneplacitum meum, illis verbis, donec reuocauero, seu aliter ordinauero, quia dum aliter non ordinatur semper videtur esse & perferre eadem voluntas, & confirmari potest ex vsu, & consuetudine Ordinariorum, cum facultatem Religiosis, & aliis personis concedunt administrandi; sub

Tom. VII.

iungunt ferè semper se velle, vt illa licentia efficaciam habeat, dum fuerit nostro voluntas, At ex his verbis non censetur, neque reputatur licentia cessare, quovlque reuocentur. Ita Palaeus, & alij inronati apud Praepositum in p. 2. q. 97. dub. 4. n. 42. Quorum opinio confirmari potest ex Molina Iurilconsulto de primog. Hispan. lib. 1. cap. 15. n. 14. atque Vantio de nullitate ex defectu iuris, de leg. n. 104. asserentibus, quod si Princeps creat aliquem iudicem ad suum beneplacitum, per mortem Principis non amittit officium, & ratio est, quia hi DD. putant tunc gratiam ad beneplacitum cessare morte concedentis, quando concederetur in fauorem, & vilitatem alicuius personae priuatae, secus si concedatur in fauorem publicum, sed licentiae excipiendi confessiones potius respiciunt fauorem publicum, quam priuatum. Ergo, &c.

4. Non desinam tamen hic in gratiam curiosorum apponere aliud principium, pro stabilienda supradicta sententia, quod tamen tenet doctissimus Alphonsus Carança in alleg. pro Ordinib. Mendicantib. ad Regem p. 2. vbi sic asserit. [ El Confessor idoneo aprobado con limitacion ] in omnem euentum poterit se habere tanquam simpliciter approbatum: [ y esta es la causa por que las licencias que comunemente se dan en este Arçobispado mentre fuere la voluntad del concedente siempre se han reputado y obrado como perpetuas y assolutas, y en ipso de las han continuado en confesar, despues de la muerte de los Prelados, que las conceden, lo que no hizieran, ny pudieran, si tuuieran la naturaleza de concessiones ad placitum, vel ad libitum, que conforme à derecho labido, cessan con la muerte del concedente. ] Haec Carança, in quibus verbis, vt etiam antea dixerat, ipse mordicus tenet Episcopos non solum illicite, sed inualide apponere in d. licentiis limitationes quasdam, quando eis constat Confessarium, & praesertim Regularum esse idoneum. Vnde Lugo de Sacram. Pœn. disp. 21. sect. 3. §. 1. n. 60. docet; quod si constaret Regularum, v. g. esse satis idoneum, & approbatum, non posse Episcopum limitare ei licentiam pro excipiendis Confessionibus ad annum, ad beneplacitum, ad personas, &c. quia ille habet ius, vt petat approbationem simpliciter, & absolutam praevio examine, cui se offert. Ergo supposita plena notitia, quae de ipso habetur non potest Episcopus pro solo libito negare approbationem simpliciter, & dare solum semi-approbationem. Vnde quando sit iusta causa apponendi eiusmodi limitationes, Conscientiae Episcopi relinquendum est, qui tamen si sine iusta causa dictas limitationes apponeret, puto ei parendum esse, vt me citato tenet idem Lugo vbi supra.

5. Nota tamen hic, Amice Lector, Caestinus in Compend. Theol. Mor. tr. 8. c. 9. q. 3. observasse me docere approbationem semel datam ab Episcopo non posse reuocari ab eodem Episcopo etiam si dederit illam ad libitum, seu beneplacitum. Sed ego vt legentibus patebit in 3. p. tr. 2. \* resol. 26. assero dictam sententiam docere Peyrinum, & contrarium communiter asserere alios Doctores, non bene igitur Caestinus dixit me dictam sententiam docere.

6. \* Dico igitur cum Lugo vbi sup. §. 2. n. 63. quod si approbatio data fuit ad beneplacitum, possit reuocari licite ex causa; valide etiam absque causa: rationes videbis penes ipsum, qui tamen docet n. 65. satis probabile esse, reuocationem sine causa alicuius licentiae iam prius sine limitatione ab Episcopo concessae non esse validam, quia cum sit sententia iudicis iniusta, non videtur posse auferre ius, quod iam Confessarius habebat ex approbatione prius positae, & per consequens nullum sortitur effectum. Sed magis ample loquitur Carança loco citato, vbi sic ait. [ Que si la limitacion

Sup. hōc sup in Ref. 72. & in ceteris aliis Ref. & §. eius prius not.

\* Quae hic est Res. antecedens & in aliis eius notat. Sup. contentio in hoc §. in Ref. praeterita, & infra in Ref. 77. §. Non delenda, & in Ref. 78. §. Sed, & in Ref. 79. §. Verum, & infra in Ref. 67. cursum idem.



Et pro Confessariis secularibus, in t. 2. tr. 3. Ref. 6. in princ. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 36. quāuis recitauerit lege eius §. Norandū secundo. & hic infra in Ref. 38. &c.

Alibi in Ref. quae hic est antecedens; & quoad hoc pro Confessariis secularibus lege doctrinam aliorum §§. eius primae annot.

§. 1. **D**E hac questione ego alibi, & latē illam discutit noster doctus P. Pasqualig. 10. 1. decis. 499. per totam, vbi citat plures DD. pro licentia negatiua! quibus addo Bordonum in *cons. Reg. resol.* 36. 9. 9. n. 38. Boffium de *Inubileo*, sect. 3. cas. 2. n. 10. & nouissimē Raphaelem Auerlam de *Sacram. Penit.* q. 16. sect. 4. asserentes in ordine ad Regulares licentiam confitendi ad beneplacitum durare etiam post mortem Episcopi, vt patet ex constitutione Clem. IV. quae incipit: *Exigentibus*, & in *Extrauag. Inter cūctas*, de *pruul.* §. vt autem, vbi. Datam verō licentiam per Diocesanos mortem nolimus terminari.

## RESOL. LXXV.

An licentia concessa Regularibus excipiendi confessiones ad beneplacitum expiret mortuo Episcopo. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 74.

## RESOL. LXXVI.

An reuocatio confessionum praesertim quoad Regulares facta ab Episcopo sine iusta causa, sit nulla? Et quid circa hoc, quoad Sacerdotes saeculares; Ex part. 3. tractat. 2. Refol. 22.

Sup. hoc in Ref. seq. & in Ref. 1. §. post seq. a §. 2. & infra in Ref. 79. & 81. §. Ab eodem, & supra in Ref. 67. cursum in fin. v. qui etiam addit pro illicita reuocatione, &c.

Sup. hoc in Ref. 2. not. preterita, §. 1. sed lege ea per totam, & in Ref. 3. d. annot. & in to. 1. tr. 3. Ref. 6. in princ. & hic sup. in fin. Ref. 74.

§. 1. **T**alem reuocationem non esse nullam docet nouissimē ex Valsq. Turrianus de *penit.* q. 8. art. 1. disp. 26. dub. 3. Imō Ioan. Sancius in *selectis disp.* 48. n. 23. tenet etiam non interueniente causa posse Episcopum licentias confitendi reuocare.

2. Sed ego puto cum Portel in *dub. Reg. ver. confessoris presentatio*, n. 1. non posse Episcopum licitē sine iusta causa approbationem semel concessam reuocare, quia potestas illi data est in adificationem. Deinde puto etiam probabiliter, licentiam sine iusta causa reuocatam esse nullam, & posse talem Confessarium ex vi prioris licentiae confessiones audire. Et hanc sententiam docet Suar. in 3. p. 10. 4. disp. 28. sect. 8. dub. 7. Ratio est, quia talis reuocatio sine causa facta, est quasi ablatio iuris iam acquisiti, vel quasi reuocatio licentiae iustae sine causa; ergo non tantum erit iniusta, sed etiam nulla. Et licet haec opinio quoad Confessarios saeculares non sit ita certa; tamen quoad Regulares omnino tenendam esse puto, per ea quae adducunt Henriq. lib. 3. de *penit.* c. 6. n. 4. & Peirinus de *pru. Minim.* 10. 1. cōst. 26. Leonis X. §. 6. n. 7. vbi sic ait. Si Episcopus Regularem debite praesentatum, & examinatum indebite reprobauerit, poterit nihilominus per eius priuilegia licitē, & validē confessiones audire Nam hoc est contra Conc. Trid. *sess.* 23. c. 15. Nam credendum est, Concilium voluisse tantum idoneis ministris facultatem concedere confessiones audiendi, per examen Episcoporum rectē & rationabiliter indicantium, non autem confouere aliquos eorum in suis passionibus, & odiis contra regulares, & quandoque cum maximo Christi Fidelium scandalo. Quare si quis Regularis cum licentia sui Praelati examinatus, & iudicio examinatorum, vel maioris partis ipsorum fuerit idoneus iudicatus, & tamen propter passionem fuerit ab Episcopo reprobatus (saluo saniori, & meliori iudicio) puto, quod licitē, & validē poterit confessiones audire, si nihil obstat, v.g. quod non

fit malae famae, nec scandalosē viuat quod tamen praesumendum non est, quando adest legitimi Superioris licentia. Ita Peirinus qui adducit Narar. Mirandam, Rodriguez, & alios asserentes Clem. *Dudum*, de *sepul.* per Conc. Trid. esse reuocatum.

3. Igitur si Regularis potest audire confessiones, si iniuste ei licentia denegetur ab Episcopo, etiam poterit illas excipere, si iniuste reuocetur. Et tandē hanc sententiam praeter DD. citatos, tenet etiam Zanardus in *direct. Theo.* p. 1. c. 24. §. 7. vbi sic ait. Non possunt Ordinarij suspendere, vel impedire Regulares ab audientia confessionum, si semel eos approbauerunt; nam non habent nisi eos examinare, non autem eis iurisdictionem dare, cum habere illam intelligantur ante à Papa, ex suis priuilegijs, &c. Ita Zanardus. Verum in facti contingencia consulo Regularibus, vt ab excipiendis confessionibus se abstineant.

## RESOL. LXXVII.

An Episcopi possint licitē sine rationabili causa reuocare approbationes liberas Regularium audiendi confessiones?

Et an approbatio Regularium possit ab Episcopo ex iusta & rationabili causa restringi, & limitari ad certum tempus, locum, & personas?

Et an facultas audiendarum confessionum ad beneplacitum per Episcopos concessa, possit quancumque reuocari?

Et notatur, quod Regulares ab Episcopo antecessore praenote examine approbati, possint modernis Episcopis rursus examinare. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 200.

§. 1. **A**ffirmatiuē respondet Gaspard. Hurtado de *Sacram. Penit.* disp. 10. diff. 19. vbi sic ait. Addimus reuocationem approbationis, etiam Religiosorum quantumuis sine rationabili causa pro solo nutu Episcopi factam esse validam, & licitam. Et in primis est valida, vt aduertit Valsq. quia approbatio sine naturā est reuocabilis, & nullo iure eius reuocatio limitatur. Ergo si de facto fiat reuocatio, quamuis absque rationabili causa fiat, erit valida. Deinde est licita, quia nullo iure prohibetur; non potest, quia nullibi extat, nec naturali, quia sicut in principio potuit ab Episcopo pro solo suo nutu ablati, quae causa licitē negari, quia nullo iure Sacerdotis, nec alio titulo cogitur Episcopus ad id faciendum; ita etiam post eam factam poterit pro libito absque causa licitē reuocari, quia post approbationem factam nullum apparet ius in approbato acquisitum, vt approbatio ipsius non reuocetur; quia quamuis approbatio sit instar sententiae, est tamen solum declaratiua sufficientiae, quam antea approbatus habebat; non collatiua alicuius in quo vel ad quod ius aliquod acquirit, ac proinde sicut potuit à principio licitē pro solo nutu Episcopi non declarari sufficientia Sacerdotis; ita etiam declaratio semel facta poterit licitē pro libito Episcopi reuocari. Ita Hurtado; Sed, pace viri docti, immeritō quidem, & ideo contrariam sententiam teneo cum DD. quos citauit in 3. p. 11. 2. Refol. 22. quibus adde Mercetum, in 30. p. D. T. q. 8. ar. 4. dub. 2. n. 8. & hanc sententiam sequendam esse apparet ex declaratione sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium in *vna Giennensi*, & *Criolensi*, 10. Augusti 1630. quam affert Barbola in *collectan. de declarationum ver. Regulari Confessor*, & *ver. Approbat.* & ex alio decreto sacrae Congregationis 20. Nouembris 1615. quod affert Gauntus in *manuali Episc.* n. Confessor. n. 23. & 24. & Peirinus in *pruul. Minim.* 10. 1. cōst. 2. Sixti IV. §. 1. n. 45. non possunt igitur ex dicto decreto